



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. IV. Qua ratione haec imago sit in hac Basilica collocata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

QVA RATIONE
HÆC IMAGO SIT*In hac Basilica collocata.*

Caput IV.

Vo pacto beatæ Virginis Imago in tali Ecclesia repatriatur, satis arduum videtur stabilire ob varias incurfiones, ex quibus memoriae deficiunt. Nos paucis rem attingemus, pro viribus comprobantes. Igitur in manucripto huius Ecclesie legimus talem Imaginem ante sanctum Gregorium extitisse, his verbis. *Tabernaculum, seu Ciborium Beate Virginis facit marmore. in S. P. Q. R. in quo est Imago vetustissima gloriosa Virginis à Beato Luca Virgine depicta, à nostro Pontifice hac imago ibi fuit collocata, antequam Sanctus Gregorius Papa orans pro tollenda peste, qua Vrbem vexabat Antiphonam illam edidit. Regina celilatare, &c.*

B. Virginis Imago in S. Maria Maioris Basilica à Christi fidelibus pie obseruata, vel ex Hierosolymis, vel ex Constantinopoli deducta.

Nos quidem credimus ex Hierosolymis venisse vna cum illa Salvatoris, vel certe (vt quidam volunt) à quodam Imperatore Constantinopoli Romam euectam, deinde à Liberio Papa, qui circa annum Domini 336. vixit in hanc Basilicam translatam esse, ve- lut à Basilicæ Authore; cum præfertim satis congruat tali reliqua ab hoc Pontifice illam Ecclesiam ornatam esse, quam ex stupendo niuis miraculo construxit. Alij credunt Sixtum Tertium qui anno 432. Ecclesiam gubernauit, in hac Basilica locasse, tanquam illum, qui Ecclesiam resarcivit; & musius atque picturis ornauit; quod Adrianus Primus ad Carolum magnum scribens testatur: *Beatus Xistus Papa Basilicam Sanctæ Dei Genitricis cognomento maiorem, quæ ad Praesepem dicitur, tam in metallis aureis, quam in diuersis historijs, sacrisque decorauit Imaginibus.*

Quibus verbis colligunt à Sexto tertio in tali Basilica fuisse reposita, nam cum hic Pontifex pluribus ornamentis, & Imaginibus sacratalem Ecclesiam illustrarit, satis probabile videtur etiam Beatae Virginis Imagine à S. Luca depicta decorasse. His tamen respondemus certissimum esse hanc Eccle-

A siam à Liberio ædificatam, & consecratam, Virginis fuisse. Quia verò recens memoria extabat quarumdam sacrarum Imaginum à Luca Euangelista pictarum, ac proinde maior forte ijs, quam nostris temporibus reuerentia vigebat, cum Ecclesiæ construxerit; valde probabile videtur hanc Imaginem conquisiuisse, & hic collocasse, tanquam in Ecclesia que Liberij nomen per multos annos retinuit: velut etiam de corpore sancti Matthiae, quod alijs cum reliquijs in Altari maiori collocauit; sicut in manuscriptis monialium Sanctæ Cecilia habetur: *Quam prefatam Basilicam idem Pontifex, idest Liberius Papa Primus, in honorem Dei, Beate Marie Virginis consecravit, in qua, in maiori si quidem Altari, de lacte eiusdem gloriose Virginis, de capillis ipsis, & canipium sui sacratissimi capitum, vna cum vestimento sui sacratissimi corporis deuotissime reconcidit. Ante quod quidem Altare sub lapide porphyretico Beati Matthiae Apostoli corpus requiescit. Neque*

C tamen plurimum ijs resistimus, qui à Sexto Tertio hic positam volunt, quod confirmat, dum inquit: *Virgo Maria tibi Sextus noua tecta dicauit. Quare utramque opinionem probabilem credimus: quamquam magis ad illam Liberij vergimus. Hoc tamen pro comperto est retinendum à Gregorij Magno temporibus usque ad hanc nostram*

D *perpetuò talem Imaginem in Sanctæ Mariæ Maioris Basilica extitisse, aximata Christifi- delium.*

E *eneratione; quando sic omnes testantur; veluti quam plurimi miraculis illu- strem.*



Liberium Papam
Deiparae Imaginem
nem in S. Mariae
Maioris Ecclesia
valde probabile
collocasse.

De hac historia
vide Petri Antonii spiculæ
è Societate Jesu
in 1. par. trad.
de fel. ac templ.
Dipar. Ruil.
Benzon de anno
Iubilai lib. 3. c.
16.

In annos.
rit tem. 1.
part. 4. fin.
il. 14. J. 1.

Temp. 6. ad
461. ann. 1.

Exhibit. 18.
mag. lib. 1.

DE